


Sed quoniam inest in Mosis oratione multa obscuritas, proponamus in plano linteae, deinde Mosis uerba claremus.

LINTEA IN PLANQ. EXPLICATA.



A linteae quinq[ue] inter se consuta: B altera. C D longitudo duodecimtiginta cubitorū. C E latitudo quaternū cubitorum. F G ligulae, per quas fibulae coniungebāt linteae. Quod autem dicit Mōses, Ligulas hyacinthinas facito per oram linteai quod erit ultimum in una parte commissuræ: significat eas ligulas, que signantur litera F. Similiterq[ue] in ora ultimi linteai G, quod ultimum ex quinq[ue] est, si numerare incipias ab M alterius commissuræ, hoc est alterius partis linteorum commit-

tendorum: qualem loquēdi modum declarabimus in 2 Reg. nam una est commissura. Si enim essent due, aut non essent quan linteae (nam in duabus commissuris essent tres partes linteorum, uidelicet media, et due ultimæ: ita fierent quindecim linteae, si quidem essent quina) aut copularentur utrinq[ue], ut efficerent saccum, coniunctis I cum K, et L cum M ad quadratum tegendi tabernaculi ratio patitur, neq[ue] uerba Mōsis. Tradit enim bis quinquaginta ligulas, cum fibulas sue uncos traduntur.